

FK 32<sup>a</sup>, 30

1709

Nr. S 960



ELEGI  
VIRO  
NOBILISSIMO ET AMPLISSIMO DOMINO,  
DOMINO  
JOANNIGER-  
HARDO PAPE,

S. Reg. Maj. Prussicæ  
in præfecturâ Loburgensi olim Præfecto,  
Hereditario in Rießdorff & Bomstorff

die sexto Martii 1709,  
placide in CHRISTO obdormientis

meo & filiorum

DN. JOANNIS JACOBI & DN. CHRI-  
STOPHORI GERHARDI

nomine

fusi

JOHANNE WILHELMO PETERSEN,  
SS. Theol. Doct.

SERVESTÆ,  
TYPIS JOH. DANIELIS MULLERI, ILLVSTR. GYMN. ANH. TYPOGR.

1834 9 2803

43  
33  
1.6  
9



ELEF<sup>G</sup>I  
VIRO  
**EPITAPHIVM.**

V<sup>II</sup> IDES, VIATOR,  
SEPVLCHRVM NVLLI INDEFLETVM,  
D O M I N I  
**JOANNIS GERHARDI PAPE,**  
S. REG. MAJ. PRVSSICÆ  
IN PRÆFECTVRA LÖBVRGENSI PRÆFECTI,  
IN RISTORF ET BOMSTORF  
HÆREDITARI.

HIC  
NOBILISSIMOS NACTVS PARENTES,  
MAGNA GERMANIA PACE RESTITUTA,  
WOLFENBYTO MDCL FELICITER NATVS,  
EX DILECTA VXORE RAVIA,  
EINBECCensi PATRICIA,  
JOANNEM JACOBVM, ET CHRISTOPHORVM  
GERHARDVM FILIOS SVSCIPIENS,  
COGNITIS SCRIPTVRÆ MYSTERIIS  
REDDITAQUE ANNO M DCC IX. VI. MART.  
SALVATORI SVO ANIMA  
QVIESCIT.

JOANNES MATHEMATICUS  
LUDVICO ETHERTON  
1711. 12. 28.

SCOTTI LIMA JMMI SEPT 2011 LIBRARY OF CONGRESS

Hæc qui sponte vovet, precibusque calentibus orat,  
Is certè ad Dominum migrat, aditque suum.  
Nam qui sunt scelere immerſi, vitiisque repletis  
Si mors & Nemesis membra luenda quatit;  
Vah! quam fulmineò terrentur ubique fragore!  
Mors nocet, & mortis plus nocet ipse timor!  
Maxima supplicii pars est, cum conscientia rerum  
Mens, nondum fracto corpore, damnatimet.  
Dum ferrum, & flamas, dum prospicit omnia diræ  
Instrumenta necis, carnificesque manus,  
Dum nihil ignorat, de quod sententia lata est,  
Jam patitur, quicquid poena doloris habet.  
Ait si quis purus sceleris, factique nefandi,  
Innocuā vitam finiit ipse fide,  
Cum mors properat, sentit, properare triumphos,  
Et capitlaurus dulce vivere suas,  
Regalis cernit formosa palatia TEMPLI,  
Atque Hierosolymæ regna futura novæ,  
Ac Paradisiacum jam jam præjustat amorum,  
Anticipans Patriæ gaudia tanta suæ.  
Vidit ea Affinis, Patrio confinis OLYMPO,  
Luminaque occlusit languida facta thoro.  
Mox risit tacitus, ceu conspexit Amantem,  
Taliaque incepit fortiter ore loqui.  
Jam veniet! veniet meus optatissimus AGNVS,  
Meque sibi reddet tantus Amoris Amor!  
Quam prope! quam prope sum! sponsi pars ultima tan-  
Jam puto vicinâ prendere posse manu!  
Jam mihi cernuntur septeni lampades Ignis,  
E Patre atque AGNO spiritus ille fluit.  
Vror amore Dei, & nimis inflammata videndi  
Mens desiderio deficit ægra suo!  
Dumque ita suspirat, feliciter exspirandò  
In sponsi gremium convolat ecce! suum.  
Ergo quiesce tuis sponsi flagrantior ulnis,  
O & delicium, dimidiumque meum!

B

Nos

Nos sumus interea mundo campoque relictæ,  
Quorum circumstant limina molle cruces.  
Dum sibi devinctam retinent ergastula mentem,  
Atq; volantem animum pondere membra premunt.  
Pes compes, manicæque manus, nervique catenæ  
Et premitur claustris spiritus ipse suis!  
Quid memorem varios leitâ torpedine morbos?  
Atque alias diras, nomina læva, lues?  
Hic sibi sollicitæ posuere cubilia curæ,  
Et metus, & fævo plurimus igne dolor.  
Omnia turbarum sunt plena rebellibus ausis,  
Omnia processu sunt fora plena novo!  
Sæpius hic videas, unum pugnare duobus,  
Seni cum Senis icere, tresque tribus.  
Ille vorax terræ, de limite disputat agri,  
IS cuperet totâ jam regione frui.  
Hunc coquit atra famæ, & amor vesanus habendi,  
Illum ævidus magni nominis urget timor.  
Hinc rixæ, invidiæque & plurima cædis imago,  
Quæque solent linguæ spicula bella sequi.  
Quo tandem aspicias bellum fremit undique bellum,  
Hesperiis fervent classica nauca plagis.  
Se inovet Auroræ populus, micat Arctos in armis,  
Et medius belli flagrat in igne dies.  
Insequitur, clamorque virûm, gemitusque ruentum,  
Alteraque alterius dextra cruento madet.  
Sanguine turgescunt stillantia grama circum,  
Sanguine, ceu rivis, sparsa rubescit humus.  
Tartarus humanos comedit Calmuccius artus,  
Deflet foedatos tabe Polonus agros.  
Moschowita ferus, Svecum si viderit ullum,  
Enecat, & Moschifunera Svecus amat.  
Gallus adhuc crocitat, licet Anglia, ruperit alas,  
Et Batavus clasles juss erit ire suas.  
Divisa in se se titubans Hispania nutat,  
Inque suâ sellâ sœmina Roma tremit.

Pruf-

Prussus Borbonium cristatum, atque Itala castra  
concutit, Hugaricos Cæsar adurit agros.  
Cogit inauditas Germania moesta Phalanges,  
Helvitus, Francus, Svevus, & Amisius,  
Et Gvelphi, & Catti, & bellatrix Saxona pubes,  
Et Brennus variis innovat arma locis.  
Totaque sub creperò discerpta Europa tumultu,  
Non secus ac geminâ prole Rebecca gemit.  
Fœdius at multò geritur clamore duellum,  
Qvando Levitarum mutua pugna calet.  
Hinc cernas fratrem sævire in viscera fratribus,  
Atque homines unâ in relligione premi.  
Anne esset satius, cum nos meritricula cædi  
Destinet, unanimis arma novare duos?  
At nunc sectæ aliae didicere à Matre duella;  
Alteraq; alterius sanguine tincta rubet.  
Damnant, proscribunt, & si concessa facultas,  
Quos vellent, raperent funibus, igne, rotâ.  
Omnium atirarum species turpissima restat,  
Estque hæc censura culpa pianda gravi.  
Dum consanguinei fidei se turpiter arcent,  
Qvos natos una lex genetricice refert.  
Hi sese tacite sacrò livore remordent,  
Et semper carpunt, quodq; querantur, habent,  
Ah! timeo, ne forte brevi gens barbara surgat,  
Atq; in Christicolas, qua data porta, ruat.  
Namq; Euphratæos video crebelcere turmas  
Vnō annō, atq; unō mense venire Duces.  
Tunc odia, & calidas dediscent eudere rixas,  
Atque iras discet ponere quisque suā.  
Tunc Romana uxor sanctorum sanguine plena  
Coccineò latè torva vehetur equo.  
Et ranæ irrepent, impacataeque locustæ,  
Tetrius autsi quid tristis abyssus habet.  
Quis Tibi sic vitio vertet, de carcere solvi  
Si tuus instanter fervidus arsit Amor?

Ecquis & his vellet tenebris vivere terris?  
Vita ubi mors apta voce vocanda fuit.  
Et si aliquis placidum semper traduceret ævum,  
Non tamen hic mundus vita vocanda foret.  
Nempe vorax tempus, quod se per puncta trucidat,  
Lapsis bis senis mensibus æger obit.  
Annus obit, mensesque diesque, horæque recedunt,  
Et suus in se iterum tempora gyrus agit.  
Est aliquid Regum clarò de stemmate nasci,  
Et spectare suâ scepta tremenda manu.  
Est aliquid, magnam mundi sibi subdere patrem,  
Et rapere Obryzas fulvi Orientis opes.  
Quid tamen hic tanti est? & cur quis quæreret illud?  
Cum fugiant firmas sceptra caduca manus?  
Credite, sub variâ nihil est durabile Lunâ,  
Soli Cœlicolæ tempora pacis agunt.  
O Patria! ò ingens superi domus aurea Cœli!  
O Solyma! ò nostræ meta futura viæ!  
Ut Te securi post tanta pericula demum  
Aspicimus, sedes invehimurque tuas!  
O tectum augustum, gemmis auroque superbum,  
Qvale putas ipsum posse decere Deum?  
Cur non hoc ferimur? cur hoc non tendimus omnes?  
In bona cur quisquam tanta venire neget?  
Munde Vale, & quicquid toto spectabile mundo,  
Nil facit ad nostram nausea tanta sitim.  
Ah! superhas hiemes nostri rapiuntur amores!  
Terra parem thalamis non habet ulla meis.  
Me meus urit Amor cognatum tendere Cœlum,  
Inde petendus erat, qui mihi sponsus erat.  
Huc mens nostra sitit, cuncta huc suspiria rumpunt,  
Neve alia est votis spes satis apta meis.  
Cœlum ipsum minus est, Cœlum qui condidit, ille  
Quem mihi præ cunctis diligo, sponsus erit.  
Ille meos, solus qui me sibi junxit, amores  
Abstulit, ille mihi est omnia, Terra Vale.



API, noster Amor, quem Gvelphica  
protulit Aula,  
Inq; suò fovit Marchica terra sinu.  
Qvi Regis sic fidus eras, sic fidus amicis,  
At summo longè carior ipse Deo.  
Quò fugis? & thalamī sociam, costamq;  
Ac tristes natos deseris euge tuos? [fidelem,  
Qvò fugis atq; abitu dulcem frustraris amicum  
Qvæ potuit tanta causa fuisse fugæ?  
Credideram fluxam tecum mihi degere vitam,  
Et comitem nostræ semper habere viæ!  
Hoc erat, Albicolis ut post mea terga relictis,  
In loca me ferrem torrida, plena situ.  
In loca, quæ multos lugent inarata per annos,  
In quibus haud ullæ prominuere domus.  
Tamq; diu marent, quo tempore sœviit Alba,  
Cum campi fierent, urbs ubi magna fuit.  
Hoc erat, ut sequerer, quò me pia fata trahebant,  
Et fruerer vultu, colloquiqd; tuò.  
Nunc ubi tam fidò sum denudatus amicò,  
Solus ego solà conjugé tristis ago,  
Plotiniq; memor studeo jam discere, quid sit  
Se fugere, & solò se satiare Deò. \*Sæpius at prohibent me discere talia curæ  
Meq; vagum huc illuc in sua vota trahunt.  
Dum Te non animò possim rellinquere totum,  
Qui, quasi non essem mortuus, usq; redis.  
Nam mihimox præsens, & vivus adesse videris,  
Sermonem & tecum cädere posse puto,  
Et loquor absenti momentis omnibus absens,  
Et vovo, ô utinam vivus, Amice, fores!  
Mox iterum refugit dulcissima frontis Imago,  
Et doleo absentem, Teq; abiisse gemo.  
Sed fugias licet, ipse tui tamen usq; recordor,  
Nec possum gratus non memor esse tui. Nec

\* Plotinus Ennecad VI. Lib. IX. cap. undecimo. Hec est divinorum hominum vita, humanas  
omnino negligens voluptates, FV GAQE SOLIVS AD SOLVM. Et paulo ante:  
Ei, qui hæc omnia jam transcendit, reliquum est ipsum, quod omnia superat. Et Anto-  
nius eleganter: O cara Anima! quando eris & una, & nuda, & simplex?

FK2d 1915

X 3047837

VD18

Nec me contineo, quin sim succensus amator,  
Inq; illos, lacerant qui tua facta, ferar.  
Novi ego, quis fuerit, qui Te, dilecte, momordit,  
Et qualis tacita vipera serpsit humo.  
Ovi Te per varios circumtulit undiq; vicos,  
Quiq; Tibi centum vulnera dente dedit.  
Incenditque alios, de Tenon justa locutos,  
Ut posset famam saepe necare tuam.  
Nunquam hunc, Te vivò, detexi præpete lingvā,  
Defendi tamen, ut lex jubet, innocuum.  
Namque humana licet non à Te aliena putaris,  
Propitium tamen es natus, habesque Deum.  
Inde tuum nunquam nomen vel fama peribit,  
Neve hanc præcipitem livor iniquus aget.  
Dum decor & rectum, dum candor, & aurea vivit  
Justitia, aut ullo creditur esse loco.  
Dum succensa suo fumant altaria thure,  
Nec sua pauperibus vox animata perit,  
Atque suos servat sedes Loburgica cives,  
Dicendum est, famam non periisse tuam.  
Nemo forsan erit, qui sic Te noverit unquam,  
Quomodo Tu magni feceris ipse Deum.  
O quoties sacras cantu traduximus horas!  
Et quoties librum volvimus ambo pium!  
Gratum erat arcanos Scripturæ noscere sensus,  
Gaudebas, si quæ gemma reperta fuit.  
Doctus eras sancti mysteria pandere Regni,  
Atque Evangelium concinere æonium.  
Cumque ita gustasses æterni flumen Amoris,  
Dulce erat in CHRISTO vivere, dulce mori.  
Quæ desideria! & flammati pectoris æstus  
Surrexere animo ter calefacta tuo!  
Diffolvi optabas, cælō, sponsoque potiri,  
Huc tuus huc missus saepe tetendit Amor.  
Rumpe, Deus, carnem, quò spiritus evolet a.d Te,  
Atque iterum redeat, quæ fuit ipse prius.

Hæc

76

FR 32, 30

1709

Karl F 460

Zd  
1915

ELEGI  
VIRIS  
NOBILISSIMO ET AMPLIO  
DOMINI  
**JOANN**  
**HARDO**

S. Reg. Maj. Pi.

in præfecturâ Loburgensi c.

Hæreditario in Riesdorff 8

die sexto Martii r.

ATV placide in CHRISTO obi.

meo & filior

DN. JOANNIS JACOBI

STOPHORI GER

nomine

fusfi

JOHANNE WILHELMUS.  
SS. Theol. Do

SERVESTÆ,  
TYPIS JOH. DANIELIS MULLERI, ILLVST

